

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)



PIETATE, ERVDI-
TIONE, ATQVE OMNI
virtutum genere, clariss. viro D.
Nicolao de Graffenried, illu-
striss. Reipubl. Bernensis Qua-
storiarario, Domino suo co-
lendissimo. S.

GVM mecū reputarem,
vir praestantissime, quid
ex tot, & tantis rebus,
quæ ad humanæ vitæ so-
ietatē tuendā, faciunt primas obtine-
et: Equidē Religionis Christianæ the-
saurū non immeritō sibi eas vendica-
reputavi. Nam ex eo tanquam ex
uberrimo & limpidissimo fonte non
tantum ea, quæ pertinent ad vitam
illam cælestem, ad quam nos impri-
mis contendere decet: sed etiam ea

quæ ad politicæ huius vitæ statum spe-
ctant, abunde hauriuntur. Verum le-
ges, & instituta eorum, quibus etiam
clarissimum hoc Euangelij lumē non
illuxit, quique adeo vera Dei co-
gnitione planè fuerunt deſtituti, ma-
ximū etiam ad politicas administra-
tiones momentum habere ſemper exi-
ſtimaui. Eſſi enim cogimur fateri ſi-
ne Dei cognitione omnia hominibus
in peius ruere, ac (ut poetæ verbis
utatur) retro ſublapſa referri: tamen
illud quoque fateridū nobis eſt, Deum
(cui imprimis humanarum rerū ad-
miniſtratio curæ eſt, cuiq; nihil, quod
quidem in terris fiat, acceptius eſt,
quàm cōſilia caetūſque hominum iure
ſociati) etiam citra clariorem ſui co-
gnitionem, in craſſiſſimis alioqui tene-
bris denſiſſimāq; caligine illis omnibus
illuxiſſe qui aliquid operæ in humana
vita

Vita societatem contulerunt. Argumento nobis esse possunt Veterum tum Lacedaemoniorum, tum Atheniensium leges: imprimis Verò Romanorum ipsorum tum in legibus condendis, tum in magistratibus creandis solertia: quæ si hodie inter nos locum haberet, fortasse non infelicitè nobis cederet, præsertim cum legē diuinam Diopdorus illorum omnium habeamus. Eius generis est hic libellus de Magistratibus & statu Reipublicæ Romanæ, non ille quidem qui à Pomponio Lato, aut à Feneſtella conscriptus est, sed qui tam ea quæ ab istis dicuntur quàm pleræq; alia cognitione dignissima ex præstantissimorum Veterum, & recentiorum scriptis eruta complectatur. Cum autem iam pridē statuissē grati animi mei erga te significationem aliquam exhibere, ni-

hilque tamen eiusmodi quod tua pra-
stantia esset dignum sese obtulisset:
malui hoc qualicumque munere apud
te (qui alioqui polyhistor es) testari
memorem me esse tuae illius beneficen-
tiae & liberalitatis, in promouenda &
ornanda nostra Typographia, quam
eam amplius vel dissimulare, vel si-
lentio praterire. Quare, ornatissime
vir, hoc quidquid est meae erga te ob-
seruantiae argumentum esse patere.
Lausanna ex Typographia vestra.
15. Febr. 1578.

Tui obseruantissimus Ioannes
le Preux.

